Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium de Sanctis - Cod. Aug. perg. 21

[Reichenau ?], [12. - 13. Jh.]

De sancta Scolastica prima.

urn:nbn:de:bsz:31-41579

Visual Library

Soror beati benedicti scolastica nomine omnipotē
ti dño ab ipso infancie tempore dedicata: ad eū
semel per annū venire consueuerat: ad quā
vir dei nō longe extra ianuā in possessione mona
sterij descendebat. Quadā vero die venit ex more:
atque ad eā cū discipulis venerabilis frater eius descendit
Qui totū diē in dei laudibus sacrisque colloquijs
ducentes: incumbentibus iā noctis tenebris: simul
acceperunt cibū lectio secunda

Cumque adhuc ad mensā sederent. et inter sacra
colloquia tardior se hora protraheret: eadem
sanctimonialis femina soror eius eū rogauit: dicēs
Queso te ut ista nocte me nō deseras: ut usque ma
ne aliquid de celestis vite gaudijs loquamur. Cui ille
respondit. Quid ē qd loqueris soror. Manere ex
tra cellā nullatenus possum iij

Tanta vero erat celi serenitas: ut nulla in aere
nubes appareret. Sanctimonialis autem femina
cum verba fratris negantis audisset: insertis digiti
manus super mensā posuit: et caput in manibus omnipo
tentē rogatura dñm declinauit. Cumque leuaret de mē
sa caput. tantaque inundacio pluuie erupit: ut
neque venerabilis pater benedictus. neque fratres qui cū
eo aderant pede mouere potuissent iiij

Sanctimonialis quippe femina caput in manibus
declinans. lacrimarum fluuios in mensam
fuderat. per quos serenitatem aeris ad pluuiā traxit.
nec paulo tardius post orationem inundacio illa secuta
ē. Sed tanta fuit conueniencia oracionis et inundaci
onis: ut de mensa caput cū tonitruo leuaret. Qua
tenus unū idemque esset momentū: et leuare caput. et
pluuiā deponere

Tunc vir dei inter coruscos et tonitruos. atque
ingentis pluuie inundacionē videns se ad mona
sterium nō posse remeare. cepit conqueri contristatus. di
cens: Parcat tibi omnipotens deus soror. Quid ē qd fecisti.
Cui illa respondit. Ecce te rogaui et audire me noluisti:
rogaui dñm. et audiuit me. Modo ergo si potes egre
dere. et me dimissa ad monasterium recede. vj

Ipse autem extra tectū exire nō valens. qui sponte ma
nere noluit in loco. mansit inuitus. Et
sicque factū ē. ut totā noctē peruigilem ducerent: atque
per sacra spiritalis vite colloquia sese vicaria rela
tione satiarent. Quadere dixi eū voluisse aliquid:
Quia si venerabilis viri mentē aspicimus. dubiū
nō est. qd eandē serenitatē voluerit in qua descende
rat permanere vij

Sed contra hoc qd voluit inter virtutem omnipo
tentis dei ex femine pectore miraculū inuenit.
Nec mirum quod plus illa femina que diu fratrem videre cupie
bat in eodē tempore valuit. quia iuxta iohannis vocē deus
caritas est. iusto valde iudicio illa plus potuit: que
amplius amauit. Petrus: Fateor multū placet
qd dicis

Gregorius. Cumque die altero eadē venerabilis femina
scolastica ad cellā propriā recessisset: vir dei ad mo
nasterium redijt. Cū ecce post triduū in cella consistens ele
uatis in aera oculis vidit eiusdē sororis sue animā de eius
corpore egressā: in columbe specie celi secreta penetrare. Qui
tante glorie eius congaudens. omnipotenti deo in ympnis et
laudibus gracias reddidit. eiusque obitum fratribus denunciauit.
Quos eciā protinus misit. ut eius corpus deferrent. atque in se
pulchro qd sibi ipse parauerat poneret. Quo facto con
tigit ut quorum mens vna semper in deo fuerat: eorum quoque
corpora nec sepultura separaret. Gregorius Sub Ter. x vic. CClxiij.

In festo presentacionis Marie virginis

Que est ista puella. mater et virgo l[ectio] j
semper maria fratres carissimi. que
nunc mundo ostensa ē quindecim gradus
ascendens. hodie in templo aparentibus deo
presentatur. unde processit. et quo ascendit
et quante virtutis existat videamus. Exurgat
in medio doctor egregius fulbertus carnoten
sis episcopus et dicat Quid autem putas et qualis
olim fuit. uel nunc sit ista persona. que sic
omnibus spectanda proponitur et imitanda
Hoc autem imprimis instruere phas est. l[ectio] ij
quod anima eius et caro quā elegit. et habitacu
lum sibi fecit sapiencia dei patris. ab omni ma
licia et inmundicia fuerit purissima: quan
do in ea et de ea uerbum extitit caro factum.
dicente scriptura. In maliuolā animam non
introibit sapiencia: nec habitabit in corpore sub
dito peccatis Inter omnes itaque sanctos huius
beatissime virginis memoria eo frequencius
agitur: quo apud deum maiorem graciam me
Hec quidem virgo meruisse creditur l[ectio] iij
maria priusque nasceretur diuinis est oraculis
denunciata. et miraculis designata Tandem
vero nata progenie summis ordinata Nata si
quidem ut legimus nazareno patre. bethle
mita matre. quas urbes ipsius natiuitati uel
conuersacioni destinatas esse non tacuerunt
prophete Descendit autem a radice illius fide pre
clari abrahe. cui superne promissa fuerat om
nium benediccio gencium in suo semine Descen
dit a stirpe dauid quem deus propter notam sibi
probitatem sublimauit dicens Inueni virum
secundum cor meum Tu autem domine lectio 4

De regali nempe tribu israhel et sacerdotali du
xit originem · que summum erat paritura regem
atque pontificem. Quod quidem bernhardus at
testans ait. Quoddam itaque sidereum micat in
marie generatione · videlicet quod longe ante pa
tribus diversimode celitus extitit repromissa · quia erat ab
rahe semine et ex regibus orta · quod etiam illi gene
racioni ob singulare privilegium sanctitas divini
tus agnoscitur concessa esse · hanc enim inter fi
guras ut dicitur misticas · sacerdotalis virga dum
sine radice floruit · hanc gedeonis vellus dum
in medio aree sicce maduit · hanc in visione eze
chielis orientalis porta que nulli umquam patuit prefigura
bat · hanc etiam inter prophetas preceteris
ysaias nunc exoritur iesse virgam orituram ·
nunc evidencius virginem parituram promittit.
De hiis autem de quibus taci[...] [...]tebat. Tu autem
[...]simus ieronimus inquit · meritorum prerogativis
ita ut nullis usibus iam esset mancipanda nisi
divinis · paulisper loquamur ad commendationem nostram
ac divini nominis laudem · ut pro famulatu
religio consequatur ac pro affectu devocio augeatur.

Quis

Quis igitur nisi hec virgo que sola univer
sam pravitatem hereticam interemit · sola pre
ter deum sit · que nos in omni virtute confirmet ·
suisque meritis commendet et auxilietur precibus · ut
et ipsi digni inveniamur in eius laudibus · a quibus
siquidem humana mortalitas non debet cessare:
sed de illius gloria nec silere patitur devocio nec
dignum aliquid potest capere cogitatio · vel ineru
dita proferre locutio. Ait enim bernhardus. Hec
enim est que tocius mundi reparacionem obtinuit ·
salutem omnium impetravit. lectio Sexta.

Quis tandem o benedicta misericordie tue longitudinem
et latitudinem · sublimitatem et profundum investi
gare possit. Longitudo enim ipsius usque in diem
novissimum subvenit universis eam invocantibus ·
latitudo ipsius replet orbem terrarum ut sua quoque
misericordia plena sit omnis terra. Sublimitas
eius civitatis superne ruinas restauravit et pro
funditas quoque sedentibus in tenebris et in um
bra mortis redempcionem obtinuit. Sic ergo
tue pietatis o maria · ipsam quam apud deum
graciam invenisti · notam facere mundo satis
precibus tuis obtinendo reis veniam · egris
medelam · pusillis corde robur · afflictis
consolacionem · periclitantibus adiutorium
et liberacionem. Qualis namque fuerit vita
ipsius virginis marie · expectantis in templo
redempcionem generis humani. Dicit am
brosius. Sit itaque vobis tamquam in ymagine
descripta virginitas marie · a qua
velud in speculo refulget species castitatis
et forma virtutis. lectio Septima

Virgo erat corpore et mente · corde humi
lis · verbo gravius · animo prudens · loquendi
parcior · legendi studiosior · intenta operi ·
verecunda sermone · non in incerto diviciarum
sed in prece pauperis spem reponens · arbitrum
mentis · deum non hominem querens · nul
lum ledere · cunctis benevelle · maioribus
assurgere · equalibus non invidere · iactanci
am fugere. Quando illa lesit parentes · quando
fastidivit humilem · quando derisit debilem ·
quando vitavit inopem · nichil torvum in oculis
nichil procax in verbis · nichil in actu inve
recundum · non gestus fractior · non incessus
solucior · non vox petulancior · ut ipsa species
corporis fieret simulacrum mentis et figu
ra probitatis. lectio Octava.

Ipsa namque est illa · attestante ieronimo
que celis gloriam dedit · terris deum pa
cemque refudit · gentibus fidem · finem viciis
vite ordinem · moribus disciplinam. Hec plena
gracia que secundum beatum bernhardum non so
lum puero Abrahe sed et camelis potum tribuens ·
desuper affluenti ydria tua · quia tu es ve
re puella preelecta et altissimi filio preparata.
Offerentur inquit propheta virgines regi · sed post
eam. Nam primatum ipsa sola vendicat sibi.
Et licet secundum ieronimum ad dei genitricem
digne collaudandam nemo inveniatur idoneus
tamen votis omnibus non debet cessare quilibet etiam
peccator a laudibus · que in laudibus salvatoris est
iter salutis nostre. In honore igitur sancte
genitricis eius a laudibus nolite cessare. Ipsa
namque est virgo maria ut asserimus con
fidenter ~~Tu autem domine~~ que a nullo virtutum gratie vacabat
Evangelium cum omelia. Liber generationis ihesu
ut supra · C xc viij ·